Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Visual Library

berg & Kirchberg ſolo æquatæ, Greiffenberg ſufficiente præſidio firmatum, idque nonniſi anno hujus ſæculi decimo quarto (a) humilianti ſe per legatos Comiti reſtitutum eſt.

Petrus novus Elector XXIX.

Interim Petrus † Elector Moguntinam Sedem conſcendit, atque digno Electore comitatu Erfordiam adit, (b) ubi ſplendidè ab omni Civitate exceptus ſubjectionis ſponſionem acceptat.

Erford. ingreditur & Homagium excipit. XXX.

Perpetua fuit inter Fridericum † & Urbem æmulatio, & quoniam illi cum Alberto Patre lis erat, hujus partes Erfordia tenuit. *(c) Juniori Landgravio Rinkleben, Ha-sleben, † & Sommerdam, tunc Swarceburgenſium comitum, extorſit. Ipſe Cæſar Albertus Imperio vindicans, quæ anteceſſor Adolphus emerat, Friderici adverſarius, & hoſtis: (d) ſed cum hic cœde præveniretur, Patrem filius potiſſimâ provinciæ parte exuit. Ille igitur Erfordiam † fugit, (e) ubi cum Civitate de alimentis ſibi, & duodecim miniſtris ad vitam præbendis paciſcitur, † cumque pecunia deficeret, pagos circà Urbem, cujus beneficio hactenus defenderat, partim vendit, partim in ſolutum cedit: illi ſunt, qui Gotham verſus in mon-

Diſcordia inter patrē & filium * MCCCVIII. *Erfordia patri adverſus filiū adſiſtit. Pater Albertus à filio Landgraviatu exutus Erfordiæ degit. de alimentis cum ſenatu paciſcitur.*

(a) *MS. Chron. Petrenſe.*
(b) *MS. Chron. Petrenſia.*
(c) *MS. Chron. Erfurt.*
(d) *Chronica Thuringiæ hoc anno.*
(e) *MS. Chron. Erfurt. & Chron. Thuringiæ.*